Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pleri. desideramus addiscere. RESPONSIO Optimum sumpsistis sermo
nis exordium. et proposito uestro ualde conueniens. Deo itaque iuuante nos ut
dicitis faciemus. Sciendum ante omnia est quod mandatum istud numquidem
uidetur. sed omnium mandatorum in se uirtutem complectitur et constringit.
ipso domino dicente quia in his duobus mandatis omnis lex pendet et prophete.
Nec tamen nos per singula discutere adgredimur ordinem mandatorum. alioquin
uidebimur totum opus introducere in parte. sed quantum ad propositum sufficit et
presens ratio postulat. inquiremus illud ante omnia designantes. quod omnium
mandatorum que adeo accepimus uirtutes in nobis ipsis insitas gerimus. quo
scilicet neque difficultas nobis sit tanquam nouum aliquid a nobis et alienum ex
petatur. neque rursum elationis dari nobis aliqua uideatur occasio. si putemus nos
plus aliquid offerre deo quam ab ipso in natura nostre creationis accepimus.
quoquidem ea que adeo nobis insita sunt si recte et competenter moueamus in
opus. hoc est secundum uirtutem uiuere. si uero nature beneficia corrumpamus.
hoc est in maliciam uertere. Est ergo mali ista diffinitio. non recte uti motibus
animi adeo nobis insitis. et rursum uirtutis ista diffinitio est. recte uti eisdem
secundum mandatum dei et secundum conscientiam animi motibus adeo nobis
insitis. Cum ergo hec ita se habeant. idem et iam hoc inuenimus de carita
te constare. Mandatum accepimus diligere deum. Dilectionis uirtutem ipsa statim
5 prima conditione adeo anima insitam gerit. in quo nec extrinsecus testimoniis
indigemus. Unusquisque enim in semetipso. et ex semetipso. horum que dicimus sumit
indicium. Omnis homo desiderat omne quod bonum est. et affectu quodam na
turali constringimur ad omne quod bonum putamus. Sed et erga consanguineos et
carnis proximos nullo docente in amore constringimur. his quoque quorum bene
ficia accepimus. omni affectu et officiis copulamur. Et quid aliud tam bonum ha
betur quam deus. Immo quid aliud bonum nisi solus deus. Qui decor. qui splen
dor. que ue pulchritudo. quam naturaliter diligere prouocemur. Que usquam talis
gratia. que amoris flamma. que anime secreta. et interiora succendat. sicut a
mor dei inflamare debet mentis archana. precipue si sit ab omni pollutione
purgata. si sit munda anima. et que uero affectu dicat. quomodo uulnerata ca
ritate ego sum. Ineffabile prorsus ego sentio amorem dei. et qui sentiri magis
quam dici possit. Inenarrabilis quedam lux est. Etiam si fulgura. si coruscum adhi
hibeat ut comparet sermo. non pacietur auditus. Si luciferi fulgores si lune
splendores. si ipsum solis lumen assumas. ad comparationem glorie illius obscura
sunt omnia. et multo teriora. quam si ceca nox obscuritate profunde caliginis
mersa lympidissimo meridiani solis lumini comparetur. Decor eius corporeis